

Codice Diplomatico Longobardo I, 99

+ In Dei nomine. regnante domno nostro Aistolfus uir excellentissimus rege, anno regni eius Christo solaciantem primo, mense [.....], indictione tertia; feliciter. Manifestu sum ego Tanualdus uir uenerabilis presbitero, quia reprometto et spondeo adque manus meam facio tibi domno meo Uualtprand in Dei nomine episcopus, ut in ecclesia Sancti Reguli in Uualdo, ubi usque modo deseruiui, resedire diueam usque in diebus uite me, casto et iusto hordinem iuidem seruendum, laus et mandatum Dei die noctuque in omnibus adinplendum, non superue aut inique iuidem agentes, set in humilitatem mundo corde Domino seruientes, et res ecclesie bene lauorantes et guuernantes absque omnem fraudem uel rapinam, et nulla peculiarina facientes; set omnia et in omnibus quidquid lauorare aut conquirere potuero, in iure sancte ecclesie adquiram, et nullam res exinde dare aut naufragare possam absque tua iam dicto domno Uualtprand episcopo, nisi cause benedictionis. et uoluntatem tuam in omnibus facere et adinplere diueam, sicut de Domino et benefactorem meum in quo tibi recte placueret obediendum, et ad te semper defensus et protector esse diueas ad prauis hominibus. sic tamen, ut omnia et in omnibus rebus suprascripte sancte ecclesie in tua sid potestatem iudicandi aut faciendi qualiter uolueris, et usque dum adiuuere meruero, semper in ecclesia Sancti Reguli hauitare et deseruire diueam casto et recto moderamine, absque omnem fraudem. et si hec omnia comprehensa capitula, sicut supra legitur, ad me pleniter conseruatum uel adinpletum non fueret, et de ipsa suprascripta ecclesia me uiuentem foris exire uoluero, aliu hauitandum, et prouata causa fueret quas meas culpa sid, de hec omnia, quod supra repromisi, conpona ego quisupra Tanuald presbitero tibi domno Uualtprand episcopo auri soledi boni Lucani numero ducenti; et hanc manus in suo rouore permaneat. Et Gaudentius indignu presbitero scriuere rogau, sub stipulatione sponsione sollemnique interposita. Actum Luca, in domo sancte ecclesie. + Ego Tanoaldu presbitero in hanc cartula repromessionis a me facta, sico sopra legitur, propria manus mea suscripsi. + Ego Sisimundus indignus presbitero rogatus a Tanualdo presbitero in hanc cartula repromissionis, sicut superius legitur, testes suscripsi. + Ego Magnipertus presbitero rogatus a Tanualdus presbitero in hanc cartula repromissionis, sicut supra legitur, testis suscripsi. + Ego Peredeus licet indignus diaconus rogatus a Tanualdo presbitero in hac cartula repromissionis, sicut supra legitur, testis suscripsi. Signum + manus Alamund uiri magnifici filio quondam Alahis testis. Signum + manus Gauspert uiri deuoti filio Raduare testis. Ego qui supra Gaudentius presbitero scribsi, compleui et dedi.